



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

63. Quo die eam acceperit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

Quidquid vero Canon usque tulerint, ubi supremus omnium moderator iubet, cuius imperio Ecclesiæ ministri destinantur, Canone quoque usumque cedere necesse est. Scimus diuino nutu S. Remigium eximium illum Galliarum Apostolum id dignitatis consecutum non amplius 22. annos natum. S. Lambertum 21. aetatis suæ; unde parum dixi refert an trigesimo nono inchoato, an expleto Willibrordus hierarchicam consecrationem suscepit, qui ex coelesti imperio veniebat ordinandus.

DISSERTATIO LXIII.

Quo die eam acceperit.



N mense Nouembri eam accepisse, indubium est. Quo mensis die? Beda affirmat ordinatum in festo S. Ceciliae virginis & Martyris, quod celebratur 22. Nouembris. Trithemius in compendio historiae Francorum in festo S. Clementis Papæ & Martyris quod celebratur 23. Nouembris. Bedæ Authoris coætanei grauissima est Authoritas, quam sparsim sequuntur. Pro Trithemio facit 1. quod in die S. Ceciliae 22. Nouembris Willibrordus prius urbis magna subierit; unde non videntur tam cito presto potuisse esse que pro apparatu Episcopalis consecrationis debent ac decet. 2. quod nomen Clementis Willibrordo ab ordinatore sit impositum, ut qui ordinaretur in festo S. Clementis; inde enim transnominationes sepiissime accipiuntur.

Si alterater repudiandus esset, Trithemius esset repudiandus.

diandus propter Authoritatem V. Bedæ, quæ priorem & potiorem locum occupat. Ego tamen malo ambos in concordiam redigere.

Pro quo nota. In constituendo Antistite plura interuenire. 1. post ele~~ctionem~~ & præsentationem est nominatio, deinde institutio, dignitatis, Iurisdictionis collatio & confirmatio, quibus habitis presentatus est verus Episcopus, Ecclesiæ suæ Pastor potestque ea omnia exercere quæ solius Iurisdictionis sunt, ut Iudicare, punire, censuras ferre, ab ijsdem absoluere, Iurisdictionem in externo & interno foro delegare, gratias & priuilegia concedere, beneficia Ecclesiastica conferre, inuestire presentatos, instituere, electos confirmare, sicut hodie cernimus fieri in Episcopo Leodiensi.

2. Pontifica manuum impositio cum sacra inunctione, quæ est quasi ultima forma constitutionis Episcopalis, per quam electus consequitur plenitudinem destinati sui munéris, vt etiam ea exercere possit quæ Iudeo iudeo vel Ecclesiastico tali ordini sunt annexa, videlicet, Clericos ordinare, baptizatos Confirmare, Sacrum Christma, sacra vasa, altaria, Ecclesiæ, virginis consecrare, &c. Duo hæc dantur semper aut fere semper distinctis diebus, imo aliquando mensibus. Itaque Bedam & Thremium sic conciliamus, Willibrordo dignitatem, institutionem, & Iurisdictionem Episcopales cum Pontificali benedictione esse donatas in festo S. Ceciliae 22. Nouemb. sequenti vero die S. Clementi sacro, id est 23. Nouembris, ultimam formam creationis Episcopalis cū pallio esse additam.

Potes, quā feriā vel quibus ferijs hebdomadæ hæc sint peracta in Willibrordo? Petrus Opmerius supra ait feriā secundā siue die lunæ. Bene, consequenter ad suam opinionem, quā arbitratur S. Willibrordum obtinuisse Epis-

C c 3 copatum

214. DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APOSTOLIS
copatum anno 695; nam eo anno festum S. Ceciliæ inci-
debat in feriam secundam ut liquet ex tabulis Ephemer-
idum. Verum iam probauimus anno 696. altioris ordinis
culmen ascendisse Willibrordum, non 95. Præterea re-
felliuit ex traditione Efternacensium relata dissertatione
61. de admonitione Angelica Sergio Papæ pro ordinando
Willibrordo directa nocte præcedente vel inchoante diem
artificialem 13. Kalend. Decemb. id est 19. Nouembri,
qui erat dies Dominicus, à quo prædictitur Willibrordus
in urbem demum venturus quarto die; non potuit ergo
adfuisse sequenti die id est feria secunda & Antistitis ho-
norem consequi. Quare rectius & verè dicitur Willibror-
dum quarto die, à die Dominico inclusiue numerando,
Romam intrasse id est feria quarta, siue die Mercurii, quo
anno 96. colebatur festum S. Ceciliæ: & erat annus iste
bissextilis natale S. Ceciliæ præcedenti anno feria secundâ
celebratum, protrudens in feriam quartam.

Ad petitionem nunc Respondetur iuxta differentiam
ceremoniarum Pontificij Ordinis mox datam: Priors, scilicet,
collationem dignitatis. Iurisdictionem, &c. esse
collatas Willibrordo feriâ quartâ hebdomadæ S. Ceciliæ
sacrâ: Posteriores eximij ordinis completiuas, feria 5. Cle-
menti festiuâ.

Hic Obijcitur 1. Episcopi & Archiepiscopi die Domi-
nico cōsecrari debent ex antiquissima & vt Leo Pontifex
arbitratur) Apostolicâ traditione, capitulo Quod die, di-
stinc 75; Quomodo ergo in Willibrordo facta est in ferijs,
feria quinta? Ref. Pontificem in dicta Lege dispensare
posse docent Canonistæ. Ac in Willibrordo iusta dispen-
sandi causa substitut, quandoquidem à Frisia diu abfuisset,
longè abesset, presentia ipsius in Frisia requireretur, mag-
num restaret iter peragendum, accelerare ipsius sole-
nem Ordinationem meritò oportuit. Adde festa SS. Ce-
ciliæ

ciliæ & Clementis Romæ magnam celebritatem habuisse,
Ecclesiæque siue memorias eorum summo hominum con-
cursu frequentatas, sicque finem, cur Dominica Episco-
porum Infulationi est deputata, nempe, ut maiori cele-
britate hominumque maiori aspectu fieret, sufficienter ex-
pleuisse. 3. videri Sergium Angelicum præceptum intel-
lexisse, non solum de Willibordo quarta die aduenturo,
sed simul de aggrediendo ordinationem ipsius eadem
quarta die.

Obijcitur 2. Onuphrius ordinationes Sergij Pontificis
referens, tantum ait illum ordinationes duas mense Mar-
tio sedecim Episcoporum fecisse; non appetat itaque
Willibrordum ordinatum in Nouembri. Ref. Onuphrium
non omnes Sergij ordinationes recēsere, sed tantum quod
duas peregerit mense Martio sedecim Episcoporum, quod
notabile erat. Plenius eas enumerat Anastasius Bibliothe-
carius apud Baronium ad annum 701. tradens expresse,
nullius adiuncto temporis calculo, à Sergio Clemen-
tem (Willibrordum) ordinatum, & vniuersim ultra go.
ab eodem.

DISSERTATIO LXIV.

Quo loco S. Willibrordus sit Consecratus.



Ic pugnare videntur Alcuinus in vi-
ta S. Willibrordi apud Surium, & Io-
annes Becanus in Gest. Episcop. VI-
traiect. cum V. Beda supra, qui affir-
mat Willibrordum ordinatum in eisdem
S. Ceciliæ sacra, illi in D. Petri tem-
plo. Ambæ partes ab Authoritate &
antiquitate multum valent.

Forsap